

Universitätsbibliothek Paderborn

Praxis Et Brevis Declaratio Viæ Spiritvalis

Palma, Luis de la Antverpiae, 1637

Declaratio eorundem graduum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-50934

Declaratio huius Exercity.

This huius Meditationis est, in summarm redigere fructum omnium Considerationum præteritaru, & confirmare in se omnia proposita & conclusiones quæ huc vsque factæ sunt: & hoc non sit per modum particularis alicuius Meditationis, sed considerando tres illos Humilitatis gradus subinde, & per vices, toto diei decursu; in hunc sinem dirigendo tria colloquia, de quibus in Exercitio proximo actum est.

PRIMYS GRADVS Humilitatis tantam subjectionem, quâ quis se mandatis Dei, Ecclesiæ, & Superiorum subjecit, & tantum bonorum temporalium contemptum continet, vt nec omnium bonorum prosperitatumé; huius mundi spes, nec omnium aduersitatum timor me ad aliquod peccatum mortale inducere possit. Hoc propositum est proprium incipientium, & fructus primæ Septimanæ.

EXERCITIORVM S. IGNATII. 193

SECUNDUS GRADUS tantum bondrum temporalium contemptum continet, vt, quantum in me est, ita me dispositum inueniam, vt, posità æquali Dei glorix & mex salutis occasione, non sentiam maiorem affectum ad diuitias quam ad paupertatem, ad honorem quam ad ignominiam, ad longam quam ad breuem vitam : & hoc proprium proficientium est, fructusque ex Exercitiis secunda Septimana collectus. Tantam prætereà gradus hic habet subiectionem circa mandata Dei, vt pro nullà re mundi, proposità etiam morte, peccatum veniale deliberate velim committere: & hic valde fublimis & solidus nostri profectus gradus est, qui dicitur conformitas cum Dei voluntate, non tantum quoad grauiora Dei præcepta, quæ ad grauem culpam, sed etiam quoad minora, quæ non nisi ad leue & veniale peccatum obligant.

TERTIVS Humilitatis GRADVS est persectissimus; quia primum & secun-

11

11

1-

194 PRAXIS ET DECLARATIO

dum includit, & illis aliquid superaddit : dein non tantum supponit indifferentiam ad paupertatem & ignominiam, & ad reliqua quæ mundus contemnit & odit, sed & inclinationem ad illa; & non tantum requirit subiectionem quoad mandata Dei tam maiora quam minora, sed etiam quoad sensum & beneplacitum diuinæ voluntatis, desiderando illud iter inire, quod ipse nobis suo exemplo ostendere dignatus est, vt ego me Iesv Christo Domino nostro magis conformem, viuamque me eius imaginem efficiam. Et hic finis est Exercitiorum superiorum. Ita vt licet possem admittere honorem & diuitias absque peccato, etiam veniali; imò non solum sine peccato, sed etiam eo casu, quo iis admittendis aut reiiciendis maior Deiglora aut maior animæ meæ vtilitas se non proderet: nihilominus, quò me magis conformem, similemque Christo Domino efficiam, cupiam & eligam magis paupertatem cum Christo, quam diuidiuitias; & optem magis iniurias & opprobria cum Christo iis saturato, quam mundi huius vanos honores; magisque desiderem contemni, & pro I e s v C H R I S T I amore, qui alba indutus veste irrisus fuit, stultus haberi, quam

in oculis mundi sapiens & prudens videri.

d-

if-

ni-

11-

em

ie-

12-

ad

ın-

od

di-

TO

n·,

m.

10-

10-

et-

ec-

nit-

oria

1011

na-

isto

am

iàm

iui-

Et hîc notandum, quòd licet hisce tribus gradibus tota vitæ Christianæ perfectio comprehendatur; illos tamen potius nominauit sanctus Pater noster gradus Humilitatis quam alterius virtutis. Primò, quia subiectionem quoad omnia Dei præcepta requirunt. Secundò, quia diuitiarum omnium & honorum mundi contemptum, & vires bonamque dispositionem ad quamuis infamiam & vilipensionem subeundam, exigunt. In primo consistit perfectio; & in secundo tolluntur omnia perfectionis impedimenta: ita, vt nec vnum nec alterum sine magnâ humilitate sieri possit. Multum verò iuuabunt colloquia supradicta ad Exerci-

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN 196 PRAXIS ET DECLARATIO

Domino nostro, vt tertiam illam sublimiorem humilitatem, quò meliùs illum imitari eique seruire possimus, si hoc ad maiorem seu æqualem ipsius diuinæ Maiestatis gloriam suerit, nobis donare dignetur.

De modis electionis.

Textus Exercitiorum S. Patris nostri sic habet:

Modus prior sana bonag, eletionis facienda, sex constans Punctis.

Poserre in medium rem deliberandam, vt de officio vel beneficio, acceptandumne an potius reijciendum sit: Et ita de ceteris rebus que ad mutabilem electionem spectant.